

# Liber Esther

1:1 in diebus Asueri qui regnavit ab India usque Aethiopicam super centum viginti septem provincias 1:2 quando sedit in solio regni sui Susa ciuitas regni eius exordium fuit 1:3 tertio igitur anno imperii sui fecit grande conuiuium cunctis principibus et pueris suis fortissimis Persarum et Medorum inclitis et praefectis prouinciarum coram se 1:4 ut ostenderet diuitias gloriae regni sui ac magnitudinem atque iactantiam potentiae suae multo tempore centum uidelicet et octoginta diebus 1:5 cumque implerentur dies conuiuii inuitauit omnem populum qui inuentus est Susis a maximo usque ad minimum et septem diebus iussit conuiuium praeparari in uestibulo horti et nemoris quod regio cultu et manu consitum erat 1:6 et pendebant ex omni parte tentoria aerii coloris et carpasini et hyacinthini sustentata funibus byssinis atque purpureis qui eburneis circulis inserti erant et columnis marmoreis fulciebantur lectuli quoque aurei et argentei super pauimentum zmaragdino et pario stratum lapide dispositi erant quod mira uarietate pictura decorabat 1:7 bibebant autem qui inuitati erant aureis poculis et aliis atque aliis uasis cibi inferebantur uinum quoque ut magnificentia regia dignum erat abundans et praecipuum ponebatur 1:8 nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum sed sic rex statuerat praeponens mensis singulos de principibus suis ut sumeret unusquisque quod uellet 1:9 Vasthi quoque regina fecit conuiuium feminarum in palatio ubi rex Asuerus manere consueuerat 1:10 itaque die septimo cum rex esset hilarior et post nimiam potionem incalisset mero praecepit Mauman et Bazatha et Arbona et Bagatha et Abgatha et Zarath et Charchas septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant 1:11 ut introducerent reginam Vasthi coram rege posito super caput eius diademate et ostenderet cunctis populis et principibus illius pulchritudinem erat enim pulchra ualde 1:12 quae rennuit et ad regis imperium quod

1:1 Now it came to pass in the days of Ahasuerus, (this is Ahasuerus which reigned, from India even unto Ethiopia, over an hundred and seven and twenty provinces:)

1:2 That in those days, when the king Ahasuerus sat on the throne of his kingdom, which was in Shushan the palace,

1:3 In the third year of his reign, he made a feast unto all his princes and his servants; the power of Persia and Media, the nobles and princes of the provinces, being before him:

1:4 When he shewed the riches of his glorious kingdom and the honour of his excellent majesty many days, even an hundred and fourscore days.

1:5 And when these days were expired, the king made a feast unto all the people that were present in Shushan the palace, both unto great and small, seven days, in the court of the garden of the king's palace:

1:6 Where were white, green, and blue, hangings, fastened with cords of fine linen and purple to silver rings and pillars of marble: the beds were of gold and silver, upon a pavement of red, and blue, and white, and black, marble.

1:7 And they gave them drink in vessels of gold, (the vessels being diverse one from another,) and royal wine in abundance, according to the state of the king.

1:8 And the drinking was according to the law; none did compel: for so the king had appointed to all the officers of his house, that they should do according to every man's pleasure.

1:9 Also Vasthi the queen made a feast for the women in the royal house which belonged to king Ahasuerus.

1:10 On the seventh day, when the heart of the king was merry with wine, he commanded Mehuman, Biztha, Harbona, Bigtha, and Abagtha, Zethar, and Carcas, the seven chamberlains that served in the presence of Ahasuerus the king.

1:11 To bring Vasthi the queen before the king with the crown royal, to shew the people and the princes her beauty: for she was fair to look on.

1:12 But the queen Vasthi refused to come at the king's commandment by his chamberlains: therefore was the king very wroth, and his anger burned in him.

# Biblia Sacra Vulgata

per eunuchos mandauerat uenire contempsit unde iratus rex et nimio furore succensus **1:13** interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant et illorum faciebat cuncta consilio scientium leges ac iura maiorum **1:14** erant autem primi et proximi Charsena et Sethar et Admatha et Tharsis et Mares et Marsana et Mamucha septem duces Persarum atque Medorum qui uidebant faciem regis et primi post eum residere soliti erant **1:15** cui sententiae Vasthi regina subiaceret quae Asueri regis imperium quod per eunuchos mandauerat facere nolisset **1:16** responditque Mamuchan audiente rege atque principibus non solum regem laesit regina Vasthi sed omnes principes et populos qui sunt in cunctis prouinciis regis Asueri **1:17** egredietur enim sermo reginae ad omnes mulieres ut contemnant uiros suos et dicant rex Asuerus iussit ut regina Vasthi intraret ad eum et illa noluit **1:18** atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum paruipendent imperia maritorum unde regis iusta est indignatio **1:19** et si tibi placet egrediatur edictum a facie tua et scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum quam praeteriri illicitum est ut nequaquam ultra Vasthi ingrediatur ad regem sed regnum illius altera quae melior illa est accipiat **1:20** et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperium et cunctae uxores tam maiorum quam minorum deferant maritis suis **1:21** placuit consilium eius regi et principibus fecitque rex iuxta consultum Mamuchan **1:22** et misit epistulas ad uniuersas prouincias regni sui ut quaeque gens audire et legere poterat diuersis linguis et litteris esse uiros principes ac maiores in domibus suis et hoc per cunctos populos diuulgari

**2:1** his itaque gestis postquam regis Asueri deferbuerat indignatio recordatus est Vasthi et quae fecisset uel quae passa esset **2:2** dixeruntque pueri regis ac ministri eius quaerantur regi puellae uirgines ac speciosae **2:3** et mittantur qui

1:13 Then the king said to the wise men, which knew the times, (for so was the king's manner toward all that knew law and judgment:

1:14 And the next unto him was Carshena, Shethar, Admatha, Tarshish, Meres, Marsena, and Memucan, the seven princes of Persia and Media, which saw the king's face, and which sat the first in the kingdom:)

1:15 What shall we do unto the queen Vasthi according to law, because she hath not performed the commandment of the king Ahasuerus by the chamberlains?

1:16 And Memucan answered before the king and the princes, Vasthi the queen hath not done wrong to the king only, but also to all the princes, and to all the people that are in all the provinces of the king Ahasuerus.

1:17 For this deed of the queen shall come abroad unto all women, so that they shall despise their husbands in their eyes, when it shall be reported. The King Ahasuerus commanded Vasthi the queen to be brought in before him, but she came not.

1:18 Likewise shall the ladies of Persia and Media say this day unto all the king's princes, which have heard of the deed of the queen. Thus shall there arise too much contempt and wrath.

1:19 If it please the king, let there go a royal commandment from him, and let it be written among the laws of the Persians and the Medes, that it be not altered, That Vasthi come no more before king Ahasuerus; and let the king give her royal estate unto another that is better than she.

1:20 And when the king's decree which he shall make shall be published throughout all his empire, (for it is great,) all the wives shall give to their husbands honour, both to great and small.

1:21 And the saying pleased the king and the princes; and the king did according to the word of Memucan:

1:22 For he sent letters into all the king's provinces, into every province according to the writing thereof, and to every people after their language, that every man should bear rule in his own house, and that it should be published according to the language of every people.

2:1 After these things, when the wrath of king Ahasuerus was appeased, he remembered Vasthi, and what she had done, and what was decreed against her.

2:2 Then said the king's servants that ministered unto him, Let there be fair young virgins sought for the king:

2:3 And let the king appoint officers in all the provinces of his kingdom, that they may gather together all the fair young virgins unto Shushan the palace, to the house of the women, unto the custody of Hege the king's chamberlain, keeper of the women; and let their things for purification be given them:

## Liber Esther

---

considerent per uniuersas prouincias puellas speciosas et uirgines et adducant eas ad ciuitatem Susan et tradant in domum feminarum sub manu Aegaei eunuchi qui est praepositus et custos mulierum regiarum et accipiant mundum muliebrem et cetera ad usus necessaria 2:4 et quaecumque inter omnes oculis regis placuerit ipsa regnet pro Vasthi placuit sermo regi et ita ut suggesserant iussit fieri 2:5 erat uir iudaeus in Susis ciuitate uocabulo Mardocheus filius Iair filii Semei filii Cis de stirpe Iemini 2:6 qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat 2:7 qui fuit nutricius filiae fratris sui Edessae quae altero nomine Hester uocabatur et utrumque parentem amiserat pulchra nimis et decora facie mortuisque patre eius ac matre Mardocheus sibi eam adoptauit in filiam 2:8 cumque percrebuisset regis imperium et iuxta mandata illius multae uirgines pulchrae adducerentur Susan et Aegaeo traderentur eunucho Hester quoque inter ceteras puellas ei tradita est ut seruaretur in numero feminarum 2:9 quae placuit ei et inuenit gratiam in conspectu illius ut adceleraret mundum muliebrem et traderet ei partes suas et septem puellas speciosissimas de domo regis et tam ipsam quam pedisequas eius ornaret atque excoleret 2:10 quae noluit indicare ei populum et patriam suam Mardocheus enim praeceperat ut de hac re omnino reticeret 2:11 qui deambulabat cotidie ante uestibulum domus in qua electae uirgines seruabantur curam agens salutis Hester et scire uolens quid ei accideret 2:12 cum autem uenisset tempus singularum per ordinem puellarum ut intrarent ad regem expletis omnibus quae ad cultum muliebrem pertinebant mensis duodecimus uertebatur ita dumtaxat ut sex menses oleo unguerentur myrtino et aliis sex quibusdam pigmentis et aromatibus uterentur 2:13 ingredientesque ad regem quicquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant

2:4 And let the maiden which pleaseth the king be queen instead of Vasthi. And the thing pleased the king; and he did so.

2:5 Now in Shushan the palace there was a certain Jew, whose name was Mordecai, the son of Jair, the son of Shimei, the son of Kish, a Benjamite;

2:6 Who had been carried away from Jerusalem with the captivity which had been carried away with Jeconiah king of Judah, whom Nebuchadnezzar the king of Babylon had carried away.

2:7 And he brought up Hadassah, that is, Esther, his uncle's daughter: for she had neither father nor mother, and the maid was fair and beautiful; whom Mordecai, when her father and mother were dead, took for his own daughter.

2:8 So it came to pass, when the king's commandment and his decree was heard, and when many maidens were gathered together unto Shushan the palace, to the custody of Hegai, that Esther was brought also unto the king's house, to the custody of Hegai, keeper of the women.

2:9 And the maiden pleased him, and she obtained kindness of him; and he speedily gave her her things for purification, with such things as belonged to her, and seven maidens, which were meet to be given her, out of the king's house: and he preferred her and her maids unto the best place of the house of the women.

2:10 Esther had not shewed her people nor her kindred: for Mordecai had charged her that she should not shew it.

2:11 And Mordecai walked every day before the court of the women's house, to know how Esther did, and what should become of her.

2:12 Now when every maid's turn was come to go in to king Ahasuerus, after that she had been twelve months, according to the manner of the women, (for so were the days of their purifications accomplished, to wit, six months with oil of myrrh, and six months with sweet odours, and with other things for the purifying of the women;)

2:13 Then thus came every maiden unto the king; whatsoever she desired was given her to go with her out of the house of the women unto the king's house.

## Biblia Sacra Vulgata

---

2:14 In the evening she went, and on the morrow she returned into the second house of the women, to the custody of Shaashgaz, the king's chamberlain, which kept the concubines: she came in unto the king no more, except the king delighted in her, and that she were called by name.

2:15 Now when the turn of Esther, the daughter of Abihail the uncle of Mordecai, who had taken her for his daughter, was come to go in unto the king, she required nothing but what Hegai the king's chamberlain, the keeper of the women, appointed. And Esther obtained favour in the sight of all them that looked upon her.

2:16 So Esther was taken unto king Ahasuerus into his house royal in the tenth month, which is the month Tebeth, in the seventh year of his reign.

2:17 And the king loved Esther above all the women, and she obtained grace and favour in his sight more than all the virgins; so that he set the royal crown upon her head, and made her queen instead of Vashti.

2:18 Then the king made a great feast unto all his princes and his servants, even Esther's feast; and he made a release to the provinces, and gave gifts, according to the state of the king.

2:19 And when the virgins were gathered together the second time, then Mordecai sat in the king's gate.

2:20 Esther had not yet shewed her kindred nor her people; as Mordecai had charged her: for Esther did the commandment of Mordecai, like as when she was brought up with him.

2:21 In those days, while Mordecai sat in the king's gate, two of the king's chamberlains, Bigthan and Teresh, of those which kept the door, were wroth, and sought to lay hands on the king Ahasuerus.

2:22 And the thing was known to Mordecai, who told it unto Esther the queen; and Esther certified the king thereof in Mordecai's name.

2:23 And when inquisition was made of the matter, it was found out; therefore they were both hanged on a tree: and it was written in the book of the chronicles before the king.

et ut eis placuerat conpositae de triclinio feminarum ad regis cubiculum transiebant 2:14 et quae intrauerat uespere egrediebatur mane atque inde in secundas aedes deducebatur quae sub manu Sasagazi eunuchi erant qui concubinis regis praesidebat nec habebat potestatem ad regem ultra redeendi nisi uoluisset rex et eam uenire iussisset ex nomine 2:15 euoluto autem tempore per ordinem instabat dies quo Hester filia Abiahil fratris Mardochei quam sibi adoptauerat in filiam intrare deberet ad regem quae non quaesiuit muliebrem cultum sed quaecumque uoluit Aegaeus eunuchus custos uirginum haec ei ad ornatum dedit erat enim formosa ualde et incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa et amabilis uidebatur 2:16 ducta est itaque ad cubiculum regis Asueri mense decimo qui uocatur tebeth septimo anno regni eius 2:17 et amauit eam rex plus quam omnes mulieres habuitque gratiam et misericordiam coram eo super omnes mulieres et posuit diadema regni in capite eius fecitque eam regnare in loco Vasthi 2:18 et iussit conuiuium praeparari permagnificum cunctis principibus et seruis suis pro coniunctione et nuptiis Hester et dedit requiem in uniuersis prouinciis ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem 2:19 cumque et secundo quaererentur uirgines et congregarentur Mardocheus manebat ad regis ianuam 2:20 necdumque prodiierat Hester patriam et populum suum iuxta mandatum eius quicquid enim ille praecipiebat obseruabat Hester et ita cuncta faciebat ut eo tempore solita erat quo eam paruulam nutriebat 2:21 eo igitur tempore quo Mardocheus ad regis ianuam morabatur irati sunt Bagathan et Thares duo eunuchi regis qui ianitores erant et in primo palatii limine praesidebant uolueruntque insurgere in regem et occidere eum 2:22 quod Mardocheum non latuit statimque nuntiauit reginae Hester et illa regi ex nomine Mardochei qui ad se rem detulerat 2:23 quaesitum est et inuentum et

## Liber Esther

adpensus uterque eorum in patibulo mandatumque historiis et annalibus traditum coram rege

3:1 post haec rex Asuerus exaltauit Aman filium Amadathi qui erat de stirpe Agag et posuit solium eius super omnes principes quos habebat 3:2 cunctique serui regis qui in foribus palatii uersabantur flectebant genu et adorabant Aman sic enim eis praeceperat imperator solus Mardocheus non flectebat genu neque adorabat eum 3:3 cui dixerunt regis pueri qui ad fores palatii praesidebant cur praeter ceteros non obseruas mandata regis 3:4 cumque hoc crebrius dicerent et ille nollet audire nuntiauerunt Aman scire cupientes utrum perseueraret in sententia dixerat enim eis se esse Iudaeum 3:5 quod cum audisset Aman et experimento probasset quod Mardocheus non sibi flecteret genu nec se adoraret iratus est ualde 3:6 et pro nihilo duxit in unum Mardocheum mittere manus suas audierat enim quod esset gentis iudaeae magisque uoluit omnem Iudaeorum qui erant in regno Asueri perdere nationem 3:7 mense primo cuius uocabulum est nisan anno duodecimo regni Asueri missa est sors in urnam quae hebraice dicitur phur coram Aman quo die et quo mense gens Iudaeorum deberet interfici et exiuit mensis duodecimus qui uocatur adar 3:8 dixitque Aman regi Asuero est populus per omnes prouincias regni tui dispersus et a se mutuo separatus nouis utens legibus et caerimoniis insuper et regis scita contemnens et optime nosti quod non expediat regno tuo ut insolescat per licentiam 3:9 si tibi placet decerne ut pereat et decem milia talentorum adpendam arcariis gazae tuae 3:10 tulit ergo rex anulum quo utebatur de manu sua et dedit eum Aman filio Amadathi de proge-  
nie Agag hosti Iudaeorum 3:11 dixitque ad eum argentum quod polliceris tuum sit de populo age quod tibi placet 3:12 uocatique sunt scribae regis mense primo nisan tertiadecima die eius et scriptum est ut iusserat Aman ad omnes satura-

3:1 After these things did king Ahasuerus promote Haman the son of Hammedatha the Agagite, and advanced him, and set his seat above all the princes that were with him.

3:2 And all the king's servants, that were in the king's gate, bowed, and revered Haman: for the king had so commanded concerning him. But Mordecai bowed not, nor did him reverence.

3:3 Then the king's servants, which were in the king's gate, said unto Mordecai, Why transgressedst thou the king's commandment?

3:4 Now it came to pass, when they spake daily unto him, and he hearkened not unto them, that they told Haman, to see whether Mordecai's matters would stand: for he had told them that he was a Jew.

3:5 And when Haman saw that Mordecai bowed not, nor did him reverence, then was Haman full of wrath.

3:6 And he thought scorn to lay hands on Mordecai alone; for they had shewed him the people of Mordecai: wherefore Haman sought to destroy all the Jews that were throughout the whole kingdom of Ahasuerus, even the people of Mordecai.

3:7 In the first month, that is, the month Nisan, in the twelfth year of king Ahasuerus, they cast Pur, that is, the lot, before Haman from day to day, and from month to month, to the twelfth month, that is, the month Adar.

3:8 And Haman said unto king Ahasuerus, There is a certain people scattered abroad and dispersed among the people in all the provinces of thy kingdom; and their laws are diverse from all people; neither keep they the king's laws: therefore it is not for the king's profit to suffer them.

3:9 If it please the king, let it be written that they may be destroyed: and I will pay ten thousand talents of silver to the hands of those that have the charge of the business, to bring it into the king's treasuries.

3:10 And the king took his ring from his hand, and gave it unto Haman the son of Hammedatha the Agagite, the Jews' enemy.

3:11 And the king said unto Haman, The silver is given to thee, the people also, to do with them as it seemeth good to thee.

3:12 Then were the king's scribes called on the thirteenth day of the first month, and there was written according to all that Haman had commanded unto the king's lieutenants, and to the governors that were over every province, and to the rulers of every people of every province according to the writing thereof, and to every people after their language; in the name of king Ahasuerus was it written, and sealed with the king's ring.

## Biblia Sacra Vulgata

pas regis et iudices prouinciarum diuersarumque gentium ut quaeque gens legere poterat et audire pro uarietate linguarum ex nomine regis Asueri et litterae ipsius signatae anulo  
3:13 missae sunt per cursores regis ad uniuersas prouincias ut occiderent atque delerent omnes Iudaeos a puero usque ad senem paruulos et mulieres uno die hoc est tertio decimo mensis duodecimi qui uocatur adar et bona eorum diriperent  
3:14 summa autem epistularum haec fuit ut omnes prouinciae scirent et pararent se ad praedictam diem 3:15 festinabant cursores qui missi erant explere regis imperium statimque in Susis pependit edictum rege et Aman celebrante conuiuium et cunctis qui in urbe erant flentibus

4:1 quae cum audisset Mardocheus scidit uestimenta sua et indutus est sacco spargens cinerem capiti et in platea mediae ciuitatis uoce magna clamabat ostendens amaritudinem animi sui 4:2 et hoc heiulatu usque ad fores palatii gradiens non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare  
4:3 in omnibus quoque prouinciis oppidis ac locis ad quae crudele regis dogma peruenerat planctus ingens erat apud Iudaeos ieiunium ululatus et fletus sacco et cinere multis prostrato utentibus 4:4 ingressae sunt autem puellae Hester et eunuchi nuntiaueruntque ei quod audiens consternata est et misit uestem ut ablato sacco induerent eum quam accipere noluit 4:5 accitoque Athac eunucho quem rex ministrum ei dederat praecepit ut iret ad Mardocheum et disceret ab eo cur hoc faceret 4:6 egressusque Athac iuit ad Mardocheum stantem in platea ciuitatis ante ostium palatii 4:7 qui indicauit ei omnia quae acciderant quomodo Aman promisisset ut in thesauros regis pro Iudaeorum nece inferret argentum  
4:8 exemplarque edicti quod pendebat in Susis dedit ei ut reginae ostenderet et moneret eam ut intraret ad regem et deprecaretur eum pro populo suo 4:9 regressus Athac nuntiauit Hester omnia quae Mardocheus dixerat 4:10 quae re-

3:13 And the letters were sent by posts into all the king's provinces, to destroy, to kill, and to cause to perish, all Jews, both young and old, little children and women, in one day, even upon the thirteenth day of the twelfth month, which is the month Adar, and to take the spoil of them for a prey.

3:14 The copy of the writing for a commandment to be given in every province was published unto all people, that they should be ready against that day.

3:15 The posts went out, being hastened by the king's commandment, and the decree was given in Shushan the palace. And the king and Haman sat down to drink; but the city Shushan was perplexed.

4:1 When Mordecai perceived all that was done, Mordecai rent his clothes, and put on sackcloth with ashes, and went out into the midst of the city, and cried with a loud and a bitter cry;

4:2 And came even before the king's gate: for none might enter into the king's gate clothed with sackcloth.

4:3 And in every province, whithersoever the king's commandment and his decree came, there was great mourning among the Jews, and fasting, and weeping, and wailing; and many lay in sackcloth and ashes.

4:4 So Esther's maids and her chamberlains came and told it her. Then was the queen exceedingly grieved; and she sent raiment to clothe Mordecai, and to take away his sackcloth from him: but he received it not.

4:5 Then called Esther for Hatach, one of the king's chamberlains, whom he had appointed to attend upon her, and gave him a commandment to Mordecai, to know what it was, and why it was.

4:6 So Hatach went forth to Mordecai unto the street of the city, which was before the king's gate.

4:7 And Mordecai told him of all that had happened unto him, and of the sum of the money that Haman had promised to pay to the king's treasuries for the Jews, to destroy them.

4:8 Also he gave him the copy of the writing of the decree that was given at Shushan to destroy them, to shew it unto Esther, and to declare it unto her, and to charge her that she should go in unto the king, to make supplication unto him, and to make request before him for her people.

4:9 And Hatach came and told Esther the words of Mordecai.

4:10 Again Esther spake unto Hatach, and gave him commandment unto Mordecai;

## Liber Esther

spondit ei et iussit ut diceret Mardocheo 4:11 omnes serui regis et cunctae quae sub ditione eius sunt norunt prouinciae quod siue uir siue mulier inuocatus interius atrium regis intrauerit absque ulla cunctatione statim interficiatur nisi forte rex auream uirgam ad eum tetenderit pro signo clementiae atque ita possit uiuere ego igitur quomodo ad regem intrare potero quae triginta iam diebus non sum uocata ad eum 4:12 quod cum audisset Mardocheus 4:13 rursum mandauit Hester dicens ne putes quod animam tuam tantum libereres quia in domo regis es prae cunctis Iudaeis 4:14 si enim nunc silueris per aliam occasionem liberabuntur Iudaei et tu et domus patris tui peribitis et quis nouit utrum idcirco ad regnum ueneris ut in tali tempore parareris 4:15 rursumque Hester haec Mardocheo uerba mandauit 4:16 uade et congrega omnes Iudaeos quos in Susis reppereris et orate pro me non comedatis et non bibatis tribus diebus ac noctibus et ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens inuocata tradensque me morti et periculo 4:17 iuit itaque Mardocheus et fecit omnia quae ei Hester praeceperat

5:1 die autem tertio induta est Hester regalibus uestimentis et stetit in atrio domus regiae quod erat interius contra basilicam regis at ille sedebat super solium in consistorio palatii contra ostium domus 5:2 cumque uidisset Hester reginam stantem placuit oculis eius et extendit contra eam uirgam auream quam tenebat manu quae accedens osculata est summitatem uirgae eius 5:3 dixitque ad eam rex quid uis Hester regina quae est petitio tua etiam si dimidiam regni partem petieris dabitur tibi 5:4 at illa respondit si regi placet obsecro ut uenias ad me hodie et Aman tecum ad conuiuium quod parauit 5:5 statimque rex uocate inquit cito Aman ut Hester oboediat uoluntati uenerunt itaque rex et Aman ad conuiuium quod eis regina parauerat 5:6 dixitque ei rex

4:11 All the king's servants, and the people of the king's provinces, do know, that whosoever, whether man or women, shall come unto the king into the inner court, who is not called, there is one law of his to put him to death, except such to whom the king shall hold out the golden sceptre, that he may live: but I have not been called to come in unto the king these thirty days.

4:12 And they told to Mordecai Esther's words.

4:13 Then Mordecai commanded to answer Esther, Think not with thyself that thou shalt escape in the king's house, more than all the Jews.

4:14 For if thou altogether holdest thy peace at this time, then shall there enlargement and deliverance arise to the Jews from another place; but thou and thy father's house shall be destroyed: and who knoweth whether thou art come to the kingdom for such a time as this?

4:15 Then Esther bade them return Mordecai this answer,

4:16 Go, gather together all the Jews that are present in Shushan, and fast ye for me, and neither eat nor drink three days, night or day: I also and my maidens will fast likewise; and so will I go in unto the king, which is not according to the law: and if I perish, I perish.

4:17 So Mordecai went his way, and did according to all that Esther had commanded him.

5:1 Now it came to pass on the third day, that Esther put on her royal apparel, and stood in the inner court of the king's house, over against the king's house: and the king sat upon his royal throne in the royal house, over against the gate of the house.

5:2 And it was so, when the king saw Esther the queen standing in the court, that she obtained favour in his sight: and the king held out to Esther the golden sceptre that was in his hand. So Esther drew near, and touched the top of the sceptre.

5:3 Then said the king unto her, What wilt thou, queen Esther? and what is thy request? it shall be even given thee to the half of the kingdom.

5:4 And Esther answered, If it seem good unto the king, let the king and Haman come this day unto the banquet that I have prepared for him.

5:5 Then the king said, Cause Haman to make haste, that he may do as Esther hath said. So the king and Haman came to the banquet that Esther had prepared.

5:6 And the king said unto Esther at the banquet of wine, What is thy petition? and it shall be granted thee: and what is thy request? even to the half of the kingdom it shall be performed.

## Biblia Sacra Vulgata

5:7 Then answered Esther, and said, My petition and my request is;

5:8 If I have found favour in the sight of the king, and if it please the king to grant my petition, and to perform my request, let the king and Haman come to the banquet that I shall prepare for them, and I will do to morrow as the king hath said.

5:9 Then went Haman forth that day joyful and with a glad heart: but when Haman saw Mordecai in the king's gate, that he stood not up, nor moved for him, he was full of indignation against Mordecai.

5:10 Nevertheless Haman refrained himself: and when he came home, he sent and called for his friends, and Zeresh his wife.

5:11 And Haman told them of the glory of his riches, and the multitude of his children, and all the things wherein the king had promoted him, and how he had advanced him above the princes and servants of the king.

5:12 Haman said moreover, Yea, Esther the queen did let no man come in with the king unto the banquet that she had prepared but myself; and to morrow am I invited unto her also with the king.

5:13 Yet all this availeth me nothing, so long as I see Mordecai the Jew sitting at the king's gate.

5:14 Then said Zeresh his wife and all his friends unto him, Let a gallows be made of fifty cubits high, and to morrow speak thou unto the king that Mordecai may be hanged thereon: then go thou in merrily with the king unto the banquet. And the thing pleased Haman; and he caused the gallows to be made.

6:1 On that night could not the king sleep, and he commanded to bring the book of records of the chronicles; and they were read before the king.

6:2 And it was found written, that Mordecai had told of Bigthana and Teresh, two of the king's chamberlains, the keepers of the door, who sought to lay hand on the king Ahasuerus.

6:3 And the king said, What honour and dignity hath been done to Mordecai for this? Then said the king's servants that ministered unto him, There is nothing done for him.

